cramentis nec in hoc essz imitanda Quinto ꝙ concilia generalia et specialiter Constañ. errauerunt in fide et bonis moribus Sexto multipliciter occasio essz seditionū et scismatū in xp̄ianitate nostra sicut expientia nūc manifestat in bohemia que seditio nedū ad spūalez. sed tp̄alez dissipationē nisi dei ꝓuidentia ⁊ regis rhomanoꝝ prudentia prouideant et predisponant

Explicit tractatulus mgr̄i Johis Gerson cancellarij Parisieñ. aduersus nouam heresim Bohemoꝝ. de necessaria ꝯmunicatiōe laicoꝝ sub vtraqꝫ specie.

## Incipit tractatꝰ eiusdē magistri Johis Gerson de probatione spirituū

Probate spiritus si ex deo sūt iubet discipulus ille quē diligebat Jhs. Neqꝫ em̄ nesciebat illam coapostoli sui sententiā. Angelus sathane trāsfigurat se in angelum lucis sic vt fiat demoniū meridianum dum pro tenebris erroruz quas ad tempus celare permittitur lucem veritatis claram se fingit offerre. Patuit hoc apud sanctuz Martinum visibiliter patet apud alios plurimos inuisibiliter dū teste Bern̄. sub specie magni boni et ardui grande peccatuz operit suggerit et inducit. ¶ Probare spiritus si ex deo sunt non cuilibz datum est. sed aliquibus per spiritū sanctum qui vnus existens diuisiones gratiarum distribuit singulis prout vult ad edificationem corporis xp̄i quod est eccl̄ia cui nunqꝫ defuit in necessarijs. Sicut igitur non omnium est prophetare nec euāgelisare omnium est nec omniuz interpretari sermones. sed aliquoruz ex officio vsqꝫ in finem seculi. Sic non omnium est probare spiritus si ex deo sūt. sed quibus datum est. quales sūt spirituales quos vnctio docet de omnibus qui et de omnibꝰ iudicant etiā inter diē et diez. Quale donū beatus martinus ⁊ anthonius et plures alij legunt̄ habuisse ¶ Probare spiritus si ex deo sunt ꝯtingit multipliciter Vno quidem modo per modū artis et doctrine generalis sicut ꝑ eruditionē sacrarū scripturaꝝ diligenti pio qꝫ studio adquisitaz. Sūt nimirū scripture in quibꝰ putamꝰ nos fidē habere ꝯtinētes artē falsos ꝓphetas a veris et ab illusionibus reuelationes cognoscendi. Alius inuenit̄ modꝰ ꝑ inspirationē intimā seu internū saporē siue ꝑ expimentalē dulcedinē quandam siue per illustrationem a montibus eternis effugantem tenebras omnis dubietatis. hoc autez est manna absconditum et nomen

nouū in calculo scriptum quod ne/
mo nouit nisi qui accepit. hoc Gre/
gor. in dialogo. hoc Augustl. in de
confessione de se ipo et matre. hoc
Hugo de arra anime. cuz pluribus
alijs notauerunt ¶ Probare spirit⁹
si ex deo sunt per regulam artis ge
neralem et infallibilem pro particu-
lari casu aut non potest aut vix po-
test humanitus fieri. sed requiritur
donum spiritussancti. quod aposto-
lus nominauit discretiōem spirituū
quo dono fit vt mens nedum in se
et de se sciat probare spiritus si ex
deo sunt. sed etiam de alijs et in ali
is noscit. Hic āt est modus tertius
alius a predictis probandi spirit⁹.
quoniam primus est doctrinalis. se-
cundus est experimentalis. tertius
officialis scz officio gerarchico at/
qz spūali dono ꝯcessus Itaqz sic ne
mo nouit que sunt spiritus nisi spiri
tus. Ita nemo cognoscit infallibili
certitudine ea que per solaz experi
mentalem notitiam vel sentimentū
interius et sensum aguntur in alteri
us animo. Quemadmodum ergo
tradere regulaz generalem que dis
tingueret infallibiliter inter visionē
somnialem et illā que fit in vigilia
nullus facile posset ꝓpter varias si/
militudines inter vtrasqz visiones.
multo magis in ꝓposito. Scit nihi/
lominus homo vigilans se certitu/
dinaliter et experimentaliter vide/
re. qz̄uis non ignoret se habuisse in
somnijs visiones valde vicinas et
sil̄es sue vigilie adeo ꝙ somniū su
um narrare somniando quandoqz
videatur. quāuis dicat seneca esse
vigilantis somniū narrare. Scit si/
militer homo spiritualis in vigilia
vere lucis diuine posit⁹. videre se di
uina que videt. vere sentire. odora/
re et sapere. Quare? quia vigilat.
Potest nihilominus recogitare ex
se vel alijs que nonnunqz patitur
in quodam somnio naturalis cog/
nitionis aut diabolice illusionis q̄
dum sic se habet quodāmodo dor
mit ad diuina. putare potest ꝙ vi/
gilet ad ea. sic qz falli. Vidit hec be
atus Gregorius asserens spiritus
ꝓphetarum non semper esse in pote-
state vel distincta cognitione pro
phetarum. Probans hoc per Na-
than qui ad dauid cogitantem edi
ficare domū dei respondit. Omne
quod est in corde tuo vade et fac.
qm̄ dominus tecum est. Cuius con
trarium ipa nocte reuelauit ei deus
¶ Probare spiritus si ex deo sunt
ex primo modo ( qui magis est ad
ꝓpositum videlicet per scripturā sa
cram et eruditos bonos in eadem
quia de peruerse viuentibus qua/
le iudiciū nisi peruersum et illusoriū
reportare sperabimus? ) contingit
multiplicit̄ et sufficiēter quantū ad
p̄sentez spectat militiā et ad statuz
cōmunē viatoꝝ. Qua super re ne
dum vnū et ab vno sed plures a di
uēsis tractatus ꝯpositos inuenim⁹
quos nūc manualiter habē fas eēt
ꝛ diligent̄ inspicē dū in h̄ sacro ꝯci
lio q̄rit̄ tractari de canonisatōe san

ctoꝝ et examinatione doctrinarum suaꝝ. presertim vnius que Brigida nominat̄ assueta visionibus quas nedum ab angelis sed a xp̄o et maria et agnete ⁊ ceteris sanctis familiaritate iūgi sicut sponsus ad sponsam loquitur. se asserit diuinitus suscepisse. Est autē vtrobiqꝫ vel in approbatione vel in reprobatione periculum. Approbare enim falsas et illusorias aut friuolas visiones ꝑ veris et solidis reuelationibus. q̄d indignius. quid alienius ab hoc sacro concilio? Reprobare vero nunc eas q̄ multifarie multis qꝫ modis quaqua versū ꝑ diuēsas nationes probate dicuntur non parua exinde scandaloruꝫ in xp̄iana religione et deuotione populorum formidatio. Deniqꝫ in ip̄o etiā silentio et dissimulatione. ex quo res in mediū posita est non nihil esse discriminis ꝑtimescimus. Inuenire vero mediuꝫ aliquod vel expediens inter hec extrema. laudabile quidem sit aut affectabile sit nec duꝫ satis cernimus exploratum. ¶ Probare spiritus ꝑ modum artis et doctrine sicut tota deinceps versabitur intentio nemo perfecte potest per solam sacre scripture eruditionem qui non etiaꝫ expertus sit in semet ip̄o variam affectionū spiritualium pugnā tanquā ascenderit nunc in celos nunc descēderit in abyssos et viderit mirabilia dei in profundo. Nam qui nauigant mare hoc mysticum diuersaꝝ affectionū quasi collidentium se fluctuum. enarrant mirabilia eius. Inexpertus autem talium quid nouit eorum? Hic autem est quartus modus probationis spirituuꝫ. Ceterū puto differentiam inter homines quos loquimur vnum theologum alterum contemplatiuuꝫ taleꝫ esse. qualis est inter peritum in arte medicine. et inter expertum seu practicum in eadem qui duo posse conuenire in eodem nullus dubitauerit. Sic fit ⁊ fieri potest domino propitio vt idē sit in scripturis sacris eruditus qui simul in contemplationis exercitatōne probatus est. Hūc vero talem habere vult materia p̄ns. sicut alias scripsisse dum de tractatu quodam spiritualium nuptiaruꝫ sermo fieret meminimus ¶ Probare vero spiritus isto modo doctrinaliter duꝫ querimus in aliquibus quarū corda neqꝫ videri neqꝫ scrutari datur. oportꝫ vt ab operibus signa sumamus. dicente xp̄o. A fructibus eorum cognoscetis eos. Fallit tamen vnum signum vel pauca si non in vnū plura conglobauerimus. Ita eni tradit tullius. ita Boetius. ita Aristoteles in coniecturali causa faciendum. Sed quoniam infinita est quidē huiusmodi signorum cōfusio coartemus ad pauciora et dicamus sub hoc metro. Tur quis quid quare cui qualiter vn̄ require. Quis est cui fiat reuelatio. Quid ipsa ꝯtinet ⁊ loquit̄. Quare fieri dicit̄. Cui pro consilio detegit̄. Qualit̄ viuē ⁊ vnde venire reperit̄

¶ Probatio spirituũ dum queritur fieri cõsideretur in primis persona suscipiens visiones si sit boni et discreti iudicij ratõnis naturalis quia leso cerebro turbatur iudiciũ rationis. Si lesus fantasias patiatur nõ magnopere querendum est a quo spiritu veniant melancolice illusõrie q̃ visiones vt patz in freneticis in egrotis varijs qui vigilantes se talia videre putant audire gustare ꝛc qualia somniantes patiuntur. Habet preterea quelibz passio profunda data suam lesionem. suam ebrietatẽ suum vt Origenes loquitur demonium. Patet in philocaptis. in zelotipis q̃ iracundis. in inuidis q̃ auaris. Unde poeta. In qui amant sibi somnia fingunt. Queritur ergo si persona sit nouitia in zelo fidei. quia nouitius feruor cito fallitur si regente caruerit presertim in adolescentibus et feminis quarum est ardor nimius. auidus. varius. effrenis. ideoq̃ suspectus. Rursus plurimũ refert attendere qualis sit q̃ fuerit persona. qualiter erudita. quibus assueta. quibus delicata. cum quibus conuẽsata. si diues vel egena. In prima superbiam vel secretã voluptatem. in altera fictionem timebimus. Hoc super omnia conueniet obseruare ne lateat interior superbia spiritualis quam Bernardo vere nominat subtile malum quoniam q̃ hec de humiliatione sua nascitur de sordibus et cilicio. d̃ ieiunijs et virginitate. imo et de sua morte suo q̃ contrario trahit originem. Quid igitur erit tutum a superbia cum nec ipsa virtus tuta sit ab ea? Est autem superbia quedam in intellectu dum non vult subijci alieno iudicio sed innititur proprio. Quedam in voluntate dum renuit obedire. et hec citius deprehenditur ideoq̃ facilius corrigitur q̃ prima.

¶ Probatio spirituum respicit nedum personã que visiones patitur. sed visionum qualitatem si vera sũt omnia etiam vsq̃ ad minimaz propositionem. quoniam in spiritu veritatis falsitas non est. in spiritu autem mendacij mille quandoq̃ sunt veritates aperte vt in vnica latenti falsitate decipiat. Hac ratione phi bucrũt a testimonio veritatis quaz fatebãtur xp̃s demoniacos q̃ paulus phitonissas. Si p̃terea sit in visionibus sapientia que de sursuz est cuz suis titulis quos Jacobus enumerat. p̃mũ inquit pudica est. deinde pacifica. modesta. suadibilis bonis consentiens. plena misericordia et fructibus bonis. iudicans sine simulatione. Si rursus excedant he visiones quẽq̃ intelligendi modũ vel in scriptura sacra posituz vel in ratione naturali vel mozali collocatum. Qui si non videretur illud ascribi frustra reuelationi quod in scriptura semel locutus est deus sicut Job loquitur id ipsum non repetit Onerosuz quippe esset ne dica

mus vanū visiones super visiones in immensum multiplicatas debere recipere tanqz ab ore dei prolatas ac deinde certissima fide credendas. Sic qz demū nostra fides nostra qz religio quam deus teste Augustino voluit sub paucissimis contineri articulis redderet plus absqz vlla comparatione qz lex vetus onerosa. Hinc clare memorie magister Henricus de hassia compmendam esse tot hominum canonisationem scripsit. Hinc alia ratio sumitur qz omisso diuinarum scripturarum studio magna pars christianorum ad has visiones ideo placentiores quia recentiores conuerterent oculos et aures pruritentes sicqz necessaria nescirent. quia iuxta Senece verbum superuacua didicissent. Sint oportet in omni revelatione moyses q helyas hoc est fm venerabilez Richarduz testimonia legis et prophetarum per totum. alioquin suspecta est. et inde fit perspicuum qz necessarij sint theologi in canonisationibus sanctorum et examinatione doctrinarum ¶ Probatio spirituum requirit vt persona cui visiones huiusmodi recitantur habeat se prudenter et cautissime. presertim in principio consideret acriter quare mouetur hec persona secretum suum pandere. super quo fiet ista consideratio. Caue ergo quisquis eris auditor aut consultor vt non applaudas tali persone. non obinde laudes eam. non mireris quasi sanctam dignam qz reuelationibus atqz miraculis. Obsiste potius. increpa dure. sperne eaz Cuius sic exaltatum est cor et elati sunt oculi vt ambulet in magnis et mirabilibus super se vt digna sibi videatur que non humano aliozuz more operetur salutem suaz per doctrinam scz scripturarum et sanctorum cum dictamine rationis naturalis. nisi consilium habere presumat et putet nedum ab angelis sed a deo. Nedum semel in necessitatib' sed pene iugiter velut in quotidianis collocutionibus. Talem admone nō sublime sapere. sed sapere ad sobrietatem. quoniam verissime ait qui dixit. Superbia meretur illudi. et eo dignius quo instar pharisei latentem herentem qz ossibus superbiaz sicut nec pthisicus febrilem calorem superbus attendit. ¶ Quis enim facilius qz se vilissimuz peccatorē dicere sed veraciter simpliciter qz ita sentire ex intimis hoc diuini muneris. non humani soli' exercicij Enarrentur exempla sanctoruz patrum qui curiositatem huiusmodi visionum vel miraculorum pernicioissimam fallacissimam qz refugerunt. A qua se Augustinus liberatum in suis confessionibus gloriatur in domino. quam preterea dominus bonauentura abhorrendaz

nimis esse determinat. toto q̄ꝫ conatu repellendam. nunc orationibus nunc increpationibus seu flagellationibus proprie mētis ⁊ corporis. exemplo illius qui vt temptatione careret superbie quesiuit et obtinuit a domino vt per tres menses demoniaca vexaret̄ obsessione. Alter sāctorum patrum dum sibi demon trāsfiguratus in xp̄m diceret. Ego sum xp̄s ꝑsonaliter te visitās q̄r dignꝰ es. ꝯfestim clausit oc̄los vtraq̄ꝫ manu vociferās Nolo hic xp̄m. satis est ip̄m in gloria si videro. mox q̄ꝫ disparuit. Alter sub aliis verbis similez in huiusmodi illusione seruauit humilitatem. Vide inquit ad quem missus sis. ego certe talis nō sum qui dignus sū hic videre xp̄m. Alterum quia nolebat intrare templum dicens sibi satis esse quia oculis corporeis aspexissz xp̄z. colligauerunt catenis. soluē ieiuniū. canibꝰ vesci vinū q̄ꝫ bibē ꝯpulerunt. sic q̄ꝫ tumore ꝯpresso sanatꝰ est ¶ Opponet forsitan aliquis ex apostoloiubente. Nolite inquit spiritum extinguere. Si sit ergo visio a spiritusancto qui nihilominus repellitur. q̄d hoc est nisi spūisancto resistere suaz q̄ꝫ nascētem gratiā suffocare? Sed ꝓfecto spiritussāctus qui se dat humilibꝰ nequaq̄ꝫ ex humiliatiōe quā p̄diximꝰ se subtrahet. Intrabit potius et in beneplacito suo deducet victor super excelsa animam hanc in oculis suis vilem et absq̄ꝫ vlla ruga fictionis humilem et simplicem. Porro dici non potest quantū hec curiositas vel cognoscendi futura et occulta. vel miracula videndi vel faciendi fefellit plurimos et a vera religione frequent̄ auerterit. hinc suꝑstitiones in ꝑplis q̄ religionē inficiunt xp̄ianaz dū sic̄ olim iudei sola signa q̄runt. dū imaginibꝰ exhibēt latrie cultū. dū insuꝑ hominibꝰ nec dum canonisatis. scripturis quoq̄ꝫ non autenticis plus q̄ꝫ sanctis in euangelio prestant fidez ¶ Probatio spirituum considerat quare fieri dicuntur visiones presertim quo fine nedum proximo. nedum aperto sed occulto et longinquo. Pōt itaq̄ꝫ finis primus apparere bonus et salubris et deuotus ad edificationem aliorum qui tandem prolabetur in multiplex scandalum duz vel non respondebunt vltima primis vel aliud falsum fictum q̄ꝫ deprehēdetur in personis fuisse tam reputate sanctitatis et deuotionis. Docuit hoc etas nostra de predicatōibus dominorū Johannis de varēnis et Johannis huss et similium. Rursus dum aliquid fieri potest ꝑ humanam industriam. sit hoc in vita. sit in doctrina. quare necesse est vel querere vel expectare diuinam celitꝰ allocutionē. Hoc nēpe tēptationi dei q̄ꝫ honorationi apparet similiꝰ. Ceterꝫ finis attendendus est quare fit cōmunicatio taliū visionū alteri ꝑsone. vtꝫ ad oñsionē vl' ad

ncitatem. vtrum ad danduz vel re/
cipiendum consiliuz. vtrum fiat ex/
perto vel inexperto talium. q̄ si vi/
deatur hec persona querere tātum/
modo consilium ne fallatur viden/
dum est si parataz se monstrat obe/
dire consilio. alioquin iam de cura/
tione vix spes erit. quoniam vt di/
cit Johannes climachus non iam
eget demone tēptante se qz fact⁹ est
sibi demon Atuero dicit aliq̄s. hec
idcirco ꝑsona nō credit alieno iudi
cio qz de suo certa est ꝑ reuelatiōez
intimā et secretā. sed ꝓfecto nō est
diuisionis deus vt timēti se reuelet
vni et ꝑ alteꝝ similit̄ timentē eū vt
dicat vnū ꝯtrariū. Itaq̄z si visio ex
deo fuit nō dissipabit̄ in humiliāte
se sub alieno iudicio ꝓpter deū sed
vigorabit̄ amplius et vincet. Quo
circa tradim⁹ ꝑ cautela q̄ in hmōi
visionib⁹ nedū suspensū teneat̄ iudi
ciū exemplo beati Ambrosij et Lu/
ciani presbiteri. Sed dicat̄ reueren
ter cū Petro. Exi a me dñe qz pec/
cator sū qz vilis sū. qz visionib⁹ tu/
is indign⁹ sū. quas hic neq̄z quero.
nec accepto. ꝫ repello. sit in celo nō
i h̄ seculo visio tua tota m̄ces mea
dñe de⁹. Et sufficit quid ad me de
visionib⁹ tuis in hac vita. quid de
supioruz meoꝝ monitionib⁹. mitte
potius obsecro quē aliqñ missurus
es. et me me⁹ spūs humili tegat ob/
scuro q̄z loco ¶ Altera p̄t addi sup
hmōi visionib⁹ recipienda cautela
qualem de somnijs tradidit vn⁹ di/
cens. Si monitiones alique bone

inquit fieri videant̄ in somnijs vel
ex ꝑsona defunctoꝝ vel aliūde reci/
piantur. eas non quasi somnia peni
tus abijciendo. neq̄z eis ex aduerso
velut autenticis vel diuinis adherē/
do recogitētur potius tamq̄z reme/
morationes alique ad faciendū bo/
na vel mala declinandū iuxta so/
mnioꝝ qualitatē ¶ Probatio spiri/
tuum considerat qualiter ⁊ quomo/
do persona que visiones se habere
dicit conuersatur. an in secreto vel
in publico. an in vita actiua vel cō/
templatiua. an in deuotione nimia
que notam affert in vestimentis et
ceteris. aut si cōmunem habet con/
uersationem accōmodam his qui/
bus cōuiuit. Hoc precipue conside/
rare necesse est si sit mulier qualiter
cuz suis confessoribus conuersatur
⁊ instructoribus. si collocutionibus
intendit continuis sub obtentu nūc
crebre confessionis. nūc prolixe nar/
rationis visionum suarum. nunc al/
terius cuiuslibet confabulationis.
Expertis crede nominatim Augu/
stino ac domino bonauenture vix
est altera pestis vel efficacior ad no
cendum vel insanabilior. qđ si nihil
haberet aliud detrimenti nisi tem/
poris preciosi latissimaz hanc con/
sumptionem. Aliunde diabolica sa
tis esset. habet aliud scitote. habet
insanabilē videndi loquendi q̄z in/
terim de tactu silentiū fit pruriginē
Euenitq̄z illud de didone apđ poe/
tā Hēt infixi pectoē vult⁹ Mēbaq̄z
nec placida dat mēbris cura q̄etez

Cū tñ in pace sit dei locus. Nullus
idcirco mirabit. si tles ad fabulas
uersi auertunt a veritate. Si prete
rea mulieres he curiose agentes sic q̄
les notat apls sp discentes ⁊ nunqz
ad sciaz veritatis puenientes. vbi ãt
nõ ē veritas sit vanitas et falsitas
necesse ē. ¶ Probatio spũum oside
rat vnde spũs veniat aut q̄ vadat.
Itaqz Bernã. testat. h in se nũqz sciri
datũ esse. q̄ tñ exptũ se pluries asse
rit humiliter sancti spũs pñtiaz ex
intimo motu cordis siue mentis.
Mirabit igit fortassis aliqs. q̄ pa
cto psona status inferioris dicat se
frequent agnoscere vñ spũs veniat
presertim cũ dixerit xpus Nichode
mo. Vocem inquit eius audis et
nescis vnde veniat aut quo vadat
Quid porro ꝗ in spiritib⁹ diuersis
multa in inspiratõib⁹ inuenit simili
tudo? Est enim spũs de⁹. spũs ange
lus bon⁹. spũs angelus malus. spi
ritus human⁹ tã rõnalis/qz aialis.
Pot aũt similis visio spirari p quē
libet hunc spiritũ suo modo. longe
qz tamen diuerso sed diuersitate fa
ciliter percipi quedaz similitudo nõ
sinit apud inexpertos talium qui
neqz per se ipsos ex acumine inge
nij. neqz p eruditionez in theologi
cis vel philosophicis disciplinis.
neqz p alioz traditionẽ sciũt talia
distinguere. Certe nec mirandũ cũ
paucissimos inueniam⁹. qui plene
sciũt secernere cogitatões et affecti
ones sue rationalis anime vt ratõ
nalis est ab illis que sũt animales.
videlicet in sensu omuni vel orga
no fantasie Quẽ inuenies precor ex
timentib⁹ deũ pcca qz fugientib⁹ q̄
sp et in omnib⁹ ad liquidũ pspiciat
dũ temptatões vigent si sensus eo
rũ sit tãtũmodo in imaginatõe vel
dsensus in ratione. Adeo nõ facile
est dscernere sensũ a dsensu. Quãto
plus habet difficultatis probatio
quadruplicis prenõiati spũs dũ vi
delicet instinct⁹ vn⁹ vel inspiratio
vehemẽs tangit mentez si sit a deo
vel ab angelo bono ꝗ malo vel a
ꝓprio spũ humano? Cui⁹ rursus sen
sus portio duplex supior ⁊ inferior
ascripta est. Cui⁹ sentire diuisionez
pfecte dat illud verbũ dei qd̄ ptin
git vsqz ad diuisionẽ spũs ⁊ anime
Qualẽ in se diuisionẽ passa erat q̄
exclamauit. Magnificat aima mea
dñm. Dehinc secernens spiritũ ab
aia subiũxit. Et exultauit spũs me⁹
in deo salutari meo. ¶ Hec interim
sub opendio cursim notata sint q̄ti
n⁹ dũ ad singularia descẽdẽdũ erit
facilius hac occasione sapictiores
dñjudicent. persuasum habentes vi
uere hominẽ cui⁹ nomen sit in libro
vite cui pluries et in plurib⁹ psonis
hui⁹ tpis datũ est expiri et practi
care omnia que dicta sunt.

Dñus Angelus bon⁹ et malus Spiritus Tales animales

Explicit tractatus de probatione
spirituũ mgri Johis gerson cãcel
larij parisiensis. in Constantia. Anno
dñi. ꝛ.cccc.xv. tpe generalis ꝛsilij inibi ce
lebrati edit⁹. ꝓpter aliq̄ q̄ de cano
nisatiõe Brigide in prefato ꝛcilio
oriebantur sub xij. ꝛsiderationibus
comprehensus